

Rechte unterlegen, der schwäbische Bund hatte auch hier der östreichischen Regierung Handlangerdienste geleistet und die Mitglieder des Kardinalskollegiums hatten, in gänzlicher Verkennung der wahren Sachlage, möglichst viel materiellen Vortheil aus dem Prozeß zu ziehen gesucht. Für die kurz nachher eingetretene soziale Revolution war im Gebiet der Propstei Ellwangen in den höheren und niederen Klassen der Gesellschaft ein gewaltiger Brennstoff angehäuft, dessen Entzündung nicht lange auf sich warten ließ.

**Urkunde betr. den Verkauf der Rottweiler Grafengerechtsame
an König Rudolf I. aus den Jahren 1273—1291.**

Nach einer, von Auslassungen und Fehlern nicht freien Abschrift im 1. Bande der im Stadtarchive zu Rottweil aufbewahrten sog. Armbrusterbücher aus dem 16. Jahrhundert (vergl. zur Urkunde Oberamtsbeschreibung Rottweil S. 305, Baumann, Gaugrafschaften S. 164).

Univerſis praefentes literas inspecturis S. ſculturis conſules et univerſitas civium civitatis in Rottweil notitiam ſubſcriptorum. Noverint univerſi, quod nos pro quadringentis marcis argenti legalis ponderis Rottwilenſis ſolvendis nobili viro C. duci de Deckhe ſuiſque haeredibus ex parte ſereniſſimi domini R. dei gratia Romanorum regis pro theoloneo et iurisdictione apud Rottweil ac bonis ſive poſſeſſionibus dictis Büſſe [cum] eorum pertinentiis, quae bona theoloneum et iurisdictionem videlicet pro eodem ducem idem inclytiſſimus Romanorum rex comparavit, principales debitores conſtituimus et nos noſtraque voluntate et conſenſu unanimi obligamus et eiusdem quantitatem argenti ſibi perſolvere promiſimus et promittimus per praefentes in terminis infraſcriptis, videlicet ¹⁾ in feſto beati Martini proxime ſubſequenti II^e marcas reſiduas integre atque plene, et in certitudinem pleniorum ſibi Henricum dictum Bockhe, Ulricum Bletz et caeteros cives civitatis noſtrae fideiuſſores dedimus et conſtituimus, iſto pacto, quod ſi forte in altero predictorum terminorum vel in utroque a ſolutione argenti nunc debiti ceſſaverimus vel eandem diſtulerimus quomodolibet, fideiuſſores ex premiſſis perſonis moniti a prefato ducem vel a ſuis haeredibus — quoeſcunque ipſe monendos duxerit, ſub ſuo arbitrio commiſimus — ſub debito fidei datae nomine iuramenti intrabunt obſtagium apud civitatem Oberndorff aut apud Villingen ibidem manſuri, donec nobili praenotato ſit argenti quantitas in eodem termino integraliter perſoluta, et ſi forte per quatuor hebdomadas pecunia nondum ſoluta in obſtagio permanſerint, quumque [?] quinque] perſonae ex fideiuſſoribus antedictis, quas monendas duxerit, in praefatis locis in obſtagio ſe recipient non egreſſuri ab illo, donec ei tunc debitae pecuniae quantitas perſolvatur. Ad quod ſe univerſi fideiuſſores praefcripti aſtrinxerunt fide data nomine iuramenti. Et ſi forte caſu vel neceſſitate aliquis ex monitis fideiuſſoribus abſens fuerit, demum monitus ibidem intrabit alter ex eis, licet primo monitus non fuerit, demum monitus ibidem intrabit obſtagium iuxta formam praedictam. Item ſi quis ex eiſdem fideiuſſoribus deceſſerit, alter aequè idoneus infra menſem ſubſtituetur loco ſui, alias duo ex ſuperſtitibus moniti intrabunt obſtagium, donec alter fuerit ſubſtitutus. Et ſi forſan, quod abſit, ſalutis ſuae immemores ſupradicti fideiuſſores quod promiſerunt neglexerint aut noluerint adimplere et ſi oporteat C. ducem nobilem praenotatum nos conveniendo vel captivando noſtra pignora laborare et expenſas facere ac damna, ipſum indemnem reddemus omnino, expenſas in caſibus huiusmodi integre refundemus. Inſuper voluntate concordi promiſimus, quod pretactos fideiuſſores datos a nobis ab obſtagio abſolvemus et indemnem reddemus. Praeterea hoc adiectum eſt, quod ſi forte terminis ſolutionis advenientibus argenti copiam habere non poſſumus, nobilis memoratus pecunia numerata monetae Hallenſium contentus erit ſecundum convenientem et congruam taxationem. Quam cauſam hinc inde ſpecialiter commiſimus discretis viris Reinhero de Rheuti militi et F. monetario de Rottweil ſi neceſſe fuerit faciendam. Et ſi in terminis praenotatis eorum vel un[us] ex eis copia haberi non potuerit, nobilis vir dux praefatus loco domini Reinheri militis adiungat alium idoneum et discretum, nos vero loco monetarii alium aequè idoneum adiungemus. Ut autem haec in dubium nullo tempore veniant ſed rata permaneant atque firma, illuſtriſſimi domini ducis predicti et civitatis noſtrae ſigillorum munimine praefentes literae ſunt munitae. Teſtes vocati et rogati qui hiſ interfuerunt hi ſunt: Ulrich nobilis de Clingen, Waltherus de Biſingen, Henricus de Denckhingen milites et quam plures alii fide digni. Actum et datum apud Rottweil anno domini milleſimo etc.

P. St.

¹⁾ Randbemerkung: Videtur hic aliquid deesse.